



NB 120

Bogen P. ist vor O
gebunden

XVII 110.



2

CATHOLI

CVS CONSENSVS

ueræ Ecclesiæ Christi, Prophetarum,
Apostolorum, Sanctorum,
& orthodoxorum Patrum,

DE

SOLA FIDE IN

CHRISTVM IVSTIFICANTE.

LIPSIÆ.

Anno

M. D. LI.

700



**ALIQVOT PROA
PHETICAE AC APOSTOLI
ca Scripturae, & ueterum orthodoxorum Scri
ptorum testimonia, breuiter continentia sum
mam doctrinae de Iustificatione hominis coram
Deo, quae multis illustribus testimonijs co
piose in scriptura Prophetica &
Apostolica, aliâs confirma
tur & exponitur.**

**ABACVC II,
Iustus autem sua fide uiuet.**

ACTORVM X.



LVIC OMNES PROPHE-
tae testimonium perhibent, remis-
sionem peccatorum accipere per
nomen eius, Omnes qui **CRE-**
DVNT in eum.

IESVS CHRISTVS FILIVS

Dei. Iohan. 3.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum uni-
genitum daret, ut Omnis qui **CREDIT** in
eum non pereat, sed habeat uitam eternam &c.

MARCI V.

Tantummodo **CREDE.**

ROMANOR. III.

Omnes peccauerunt, & carent gloria Dei. Iu-
stificamur autem gratis ipsius gratia, per redem-
ptionem, quae est in Christo Iesu, quem proposuit
Deus Propiciatorem per **FIDEM** in Sangui-
ne eius.

GALAT. II.

Scientes autem quod non iustificatur homo
ex operibus legis, **NISI PER FIDEM** Ie-
su Christi, & nos in Christo Iesu credimus, ut iu-
stifica-

A 2

stifica-

stificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.

Tertullia **ORIGENES IN EPISTOLA**

ni Ceata/ ad Romanos cap. 3.

neus & Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per
doctor Ec quam legem? Operum? Non, Sed per legem fi-
clesiæ Ale dei. Arbitramur enim hominem iustificari per fi-
xandriæ. dem, sine operibus legis. Et dicit sufficere S O-
Anno sa / L I V S F I D E I iustificationem, ita ut credens
lutis no / quis T A N T V M M O D O iustificatur, etiam
stræ 236. si nihil ab eo operis fuerit expletum. Imminet
& ætatis mortuus igitur nobis, qui integram esse scripturam Apo-
suæ 61. stoli conantur asserere, & ordine suo cuncta con-
mortuus est apud stare, ut requiramus, quis sine operibus S O L A
Tyrum.

SOLA. FIDE IUSTIFICATUS SIT. Quan-
tum igitur ad exemplum pertinet, sufficere arbi-
tror illum latronem, qui cum Christo crucifixus,
clamavit ei de cruce: Domine Iesu, memento mei
cum ueneris in regnum tuum, nec aliud quicquam
describitur boni operis eius in Euangelijs, Sed
SOLA. pro hac S O L A F I D E, ait ei Iesus: Amen di-
co tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Aptemus
nunc, si uidetur, huius latronis uerba causa Apo-
stoli Pauli. & dicamus ad Iudæum: Vbi est ergo
gloriatio tua? Certum quia exclusa est. Exclusa
autem non per legem operum, sed per legem fi-
dei. Per fidem enim iustificatus est hic latro, sine
operis

operibus legis, quia super hoc Dominus non re-
quisiuit, quid prius operatus esset, nec expecta-
uit, quid operis dum credidisset expleret, sed sola
confessione iustificatum, comitemq; sibi Paradi-
sum ingressurus assumpsit. Sed & mulier illa,
quæ in Euangelio secundum Lucam refertur, quia
cum cognouisset, quod Iesus recubuit in domo
Pharisæi, attulit uas unguenti, & stans retrò ad
pedes eius, ac flens lachrymis lauit pedes eius, &
capillis suis deterfit, et osculabatur, atq; ungebat
unguento. Videns autem Pharisæus, qui eum uo-
cauerat, dixit intra semetipsum: Hic si esset Pro-
pheta, sciret utique quæ & qualis est mulier, quæ
tangit pedes eius, quia peccatrix est. Iesus autem
dixit ad eum parabolam quingentorum, uel quin-
quaginta denariorum, & ex nullo legis opere, SOLA.
sed per SOLAM FIDEM, ait ad eam: Re-
mittuntur tibi peccata tua, Et iterum: Fides tua
te saluam fecit, uade in pace. Sed & in multis
Euangelij locis hoc sermone usum legimus Salua-
torem, ut credentis causam dicat esse salutis eius.
Ex quibus omnibus claret, quod rectè arbitratur
Apostolus, Iustificari hominem per fidem, sine
operibus legis. Sed fortassis hæc aliquis audiens
resoluatur, & bene agendi negligentiam capiat,
siquidem ad iustificandum FIDES SOLA SVF SOLA.
FICIAT. Ad quem dicemus, quia post iustifica-
tionem

tionem, si iniuste quis agat, sine dubio iustificatio-
nis gratiam spreuit, Neque ob hoc quis accipit
ueniam peccatorum, ut rursus sibi putet peccan-
di licentiam datam. Indulgentia namque non
futurorum, sed praeceptorum criminum datur.
Igitur ut ad propositum redeamus, iustificatur
homo per fidem, cui ad iustificandum nihil con-
ferunt opera legis, Vbi uero fides non est, quem
credentem iustificet, etiamsi opera quis habet
ex lege, tamen quia non sunt edificata supra
fundamentum fidei, quamuis uideantur esse bo-
na, operatore suum iustificare non possunt, si
eis deest Fides, quae est signaculum eorum, qui
iustificantur à Deo, sicut supra diximus. Quia
credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad
iustitiam. Tantum est ut is qui iustificatur, per
gratiam fidei dicat, secundum Paulum: Quia gra-
tia Dei, quae data est mihi, inanis non fuit. Exclu-
ditur ergo omnis gloriatio, quae ex legis operi-
bus uenit, & ut adhuc manifestius fiat, quod di-
cimus, exemplum dabimus ex his, quae in Euan-
gelio scripta sunt, ubi ascendit Phariseus &
Publicanus ad templum Dei, & stans inquit Pha-
riseus in medio, dicebat: Deus, gratias ago tibi,
quoniam non sum sicut ceteri homines, raptors,
iniusti, adulteri, sicut Publicanus iste, ieiuno
bis in Sabbatho, decimas do omnium quae possi-
deo,

eputatur fides eius ad iustitiam, sicut

70 G
non habet apud Deum gloria
erit legem, uiuet in ea, Id est,
us, nec tamen meritum ex hoc
m, sed fidei causa. Quid enim
Credidit Abraham Deo, & re-
iustitiam. Manifestauit nō ideo
n apud Deum habere, quia cir-
quia abstinuit se à peccato, sed
it. Hinc & iustificatus est laudis
futuro consecuturus.

Et infra.

item in eum, qui iustificat impium,
s eius ad iustitiam. Hoc dicit, quia
legis credenti impio, id est, gentili
reputatur fides eius ad iustitiam, si-



SOLA.

bus) beatos dicit, de quibus ho
sine labore, & aliqua obseruat
iustificentur apud Deum, tempo
dinem prædicat quo natus est Ch
Dominus ait: Multi iusti, & Pro
uidere, quæ uidetis, & audire,
non audierunt. Beati quorum re
tates, & quorum tecta sunt pecc
cui non imputauit Dominus pecca
ste beati sunt, quibus sine labore
quo remittuntur iniquitates, &
tur, nulla ab his requisita pœniten
SITANTVM VT CRED
tus etiam hic uir est, cui non impu
peccatum, remittere & tegere, &
una ratio & unus est sensus, omnia

NISI.



una ratio & unus est sensus, omnia

deo, & reliqua, & hæc fortassis uerè dixerit, sed
secundum Domini sententiam, iactantiæ morbo
corruptus, non descendit iustificatus de templo,
Talis ergo gloriatio, quæ ueniebat ex operibus
legis, quia non habet humilitatem crucis Christi,
in qua qui gloriatur, audi quid dicit: Mihi autem
absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu
Christi, per quem mihi mundus crucifixus est,
& ego mundo. Vides Apostolum non glorian-
tem super iustitia sua, neq; super castitatem, neq;
super sapientia, neq; super cæteris uirtutibus,
uel actibus suis, sed apertissimè pronunciantem,
& dicentē: Qui gloriatur, in Domino gloriatur,
& sic exclusa est Iudaica gloriatio, non per le-
gem operū, sed per legem fidei, quæ est in Chri-
sto Iesu, in cuius cruce gloriatur Apostolus. Quis
enim rectè uel super castitate sua gloriabitur, cū
scriptum legat, quia si quis aspexerit mulierem,
ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam
in corde suo. Vnde & Propheta dicit: Quo-
modo gloriabitur quis, castum se habere cor,
aut quis gloriabitur super sapientia, cum Chri-
stum uideat, quia mundus per sapientiam non co-
gnouit Deum, & ideo placuit Deo, per stultitiã
predicationis saluos facere credentes, Et iterū:
Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confun-
dat sapientes. Quis autem uel super iustitia sua

A 4 glo=

20



gloriabitur, cum audiat Deum per Prophetam dicentem: Quia omnis iustitia uestra sicut pannus mulieris menstruatæ. Sola igitur iusta gloriatio est in fide crucis Christi, quæ excludit omnem illam gloriationem, quæ descendit ex operibus legis.

Cyprianus Carthaginensis Episcopus, clarus in anno salutis nostræ 250. iussu Valeriani post longum exilium a Galerio Maximo Proconsule interficitur.

CYPRIANVS IN EXPOSITIONE Symboli.

Verum de remissione peccatorum sufficere deberet SOLA CREDVLITAS.

EVSEBIVS CAESARIENSIS THEOLOGVS & Historicus, qui floruit anno 320. lib. 3. cap. 27.

Custodiendam uerò censent etiam legis obseruantiam, nec sufficere ad salutem SOLAM Christi existimant FIDEM.

HILARIVS IN VII, CAPUT Matthæi.

Pictauiensis Episcopus, obiit anno 371. temporibus Constantii & Iuliani.

Mouet scribas remissum ab homine peccatum. Hominem enim tantum in Iesu Christo contuebantur, & remissum ab eo, quod lex laxare non poterat, FIDES ENIM SOLA IUSTIFICAT.

ATHANASIVS IN III CAPUT ad Galath.

Alexandrinam ecclesiam annos

Quo

Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus nullū
opus dicit legis, **SED SOLAM FIDEM**
dandam in causa Christi.

Et infra.

Credientibus autem **SOLA** datur remissio
peccatorum.

Idem in epistolam ad Galathas.

Si enim ex lege hæreditas, iam nō ex promissi
one. Abrahæ autem promissionem donauit Deus.
Duas causas contrarias sibi defendunt Iudæi. Nul
lo enim pacto, nulla ratiōe suaderi potest Iudæis,
Abrahæ promissionem euacuatam per legem &
recte, sed aliud aduersum improuida præsumpti
one defendunt, putantes iustificationem sine ope
ribus legis prouenire non posse, cum sciant Abra
ham, qui forma eius rei est sine operibus legis
per **SOLAM FIDEM** iustificatum, sed
emulatione quadam cæcati non intelligunt, neq;
considerant, quia si per iustificatio excluditur
promissio, et si exclusa fuerit promissio, sine du
bio frustrabitur fides Abrahæ, quod ne audire qui
dem se patiuntur Iudæi, scientes quia promissio
ex fide est Abrahæ. Quæ promissio ex fide iustifi
cat, non per legem, sicut & Abraham iustificatus
ex fide est. Hi ergo hæredes sunt promissionis
Abrahæ, qui illi succedunt, suscipientes fidem, in
qua benedictus & iustificatus est Abraham.

Augusti

Hippo-
nensis E-
piscopus,
claruit an-
no 400.
obiit in
Hippone
anno æta-
tis suæ 76

AVGVSTINVS DE SPIRI-
tu & Litera.

His igitur consideratis pertractatisq; pro ui-
ribus, quas Dominus donare dignatur, colligimus
non iustificari hominem præceptis bonæ uitæ,
NISI PER FIDEM IESV CHRISTI,
hoc est, non lege operum, sed lege fidei, non li-
tera, sed spiritu, non factorum meritis, sed gra-
tia gratuita.

Idem in Iohannem caput 8.
tractat. 43.

Sed etiam præcogniti, quod non fuerant cre-
dituri ea fide, QVA SOLA possent à pec-
catorum obligatione liberari.

Episco-
pus Ale-
xandri-
nus, anno
430.

CYRILLVS IN IOHAN-
nem cap. 14.

Credite in Deum, & in me credite. Fortes mo-
do milites instruit, armaq; dat quibus omnia que-
ant aduersa superare, per fidem namque, NON
ALITER saluamur, secundum illud Psalmi-
stæ: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem
timebo, Dominus protector uitæ meæ, à quo tre-
pidabo. Deo enim nos protegente, quis afflige-
re poterit? Quis eò uirium perueniet, ut electos
sibi subiciat, & prauitatis turpitudine macu-
let!

MAIOR

*Idem Ambrosius in caput
eiusdem epistola.*

IVSTIFICATI GRATIS
TIAM IPSIVS) Iustificati sunt
quia nihil operantes, neque uicem re
LA FIDE iustificati sunt dono I

SOLA.

MAIOR

*Idem in 10. caput eiusde
epistola.*

70 E



ri se putant iustificatione Abraham
Abraham non ex operibus legis, sed
DE IUSTIFICATIONE, non
lege, quando impius per SOLAM
ficatur apud Deum, secundum pro-
ia Dei sic decretum dicit à Deo, ut
SOLAM FIDEM gratiæ Dei po-
tem, sicut & David dicit, hoc ipsum
lo Propheta, (beatitudinem homi-
accepto fert iustitiam sine operi-
bus)

SOLA.

SOLA.

A 6



let? Quis superabit diuinis armis undique cata-
phractos? Arma uerò latusq; clypeus, qui telis ho-
stium frangi non potest, FIDES est.

Idem Cyrillus in 6. caput Iohan.

Fides enim salutem affert, & gratia iustificat,
mandata uerò legis condemnant magis.

PROSPER A QVI-
tanicus.

Anno
458.

Ecclesiastica regula est, gratia saluati estis per
FIDEM, & hoc non ex uobis, Dei enim donum
est, non ex operibus, ne forte quis extollatur.

GREGORIUS.

Anno
594.

Et exultabit lingua mea iustitiam tuam) Iu-
stitia Dei fides est, sicut scriptum est: Credidit
Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.
Quia iustus ex fide uiuit. Si ergo iusti uita fides
est, consequens est, eandem fidem esse iustitiam,
sine qua quisq; iustus esse non potest. Hanc itaq;
Dei iustitiam ille cum exultatione enunciat, qui
mundi huius copiam nec cupiens, nec inopiam
metuens, omnem hereticam prauitatem impu-
gnat. Vel iustitia Dei est, quod non uult mor-
tem peccatoris, homini nempe iustum uidetur,
ut sa-

si se putant iustificatione
Abraham non ex operibus legis, sed

SOLA

ut suam ulciscatur iniuriam, Dei uero iustitia est
confitenti relaxare offensam.

Clareual/
lensis Ab/
bas anno
1109.

BERNHARDVS SVPER CANTI-
ca, sermone 22. Christum in spiritu
alloquens dicit.

Iustitiæ tuæ tanta ubique spargitur fragran-
tia, ut non solum iustus, sed etiam ipsa dicaris iu-
stitia, tam ualidus deniq; tam ad iustificandum,
quàm multis ad agnoscendum. Quamobrem
quisquis pro peccatis compunctus fuerit, & sitit
iustitiam, credat in te, qui iustificas impium, &
per SOLAM iustificatus FIDEM, pacem
habebit ad Deum.

SOLA.

Idem in sermon.

NISI.

Necesse est primo credere omnium remissio-
nem peccatorum habere non posse, NISI per
indulgentiam Dei. Deinde quod nihil prorsus
habere queas operis boni, nisi etiam hoc dederit
ipse. Postremo quod uitam æternam promereri
nullus potest bonis operibus suis, sed quod GRA-
TIS à Deo detur uita æterna.

GRATIS

An. 1263.

BONAVENTURA SVPER

4. sent. dist. 15. q. 1.

Et quia homo non potuit pro tanta offensa sa-
tisfacere, ideo dedit ei Deus Mediatorem qui sa-
tisface-

tis faceret pro offensa, unde in SOLA FIDE SOLA.
PASSIONIS remittitur omnis culpa, & sine
fide eius nullus iustificatur.

THEODORETUS IN II.

caput Osee.

Episco-
pus Cy-
rensis.

Simul enim ut ad Christianismum adeunt, sta-
tim eos SOLAM FIDEM reposcimus.

Nam iustitia sunt destituti & uacui, eam autem
suscipiunt per lauacrum regenerationis à Deo
saluatore.

PASCASIVS IN EXPOSI-

tione Cœnæ Dominicæ

cap. 12.

Propter quod homo, si attendis ministerium,
attende Christum, uerbum Patris, quod caro est,
& quod semel factum est, quotidie fieri non du-
bites, dum per hoc caro, & sanguis cibus noster
efficitur, ad hoc quippe, ut & nos corpus eius si-
mus. Constat igitur SOLAM FIDEM hu-
ius mysterij esse capacem, ut nobis corpus & san-
guis Christi ueraciter fiat, quatenus per hoc nos
in corpus Christi quotidie transferamur, & di-
stribui singulis, non quantum uisus exterior, sed
quantum fides capit.

Idem

Idem in expositione Cœne Dominicæ
cap. VIII.

Nunquam caro Christi, nisi de manu eius &
sublimi ara, ubi Christus Pontifex futurorum bo-
norum omnibus assistit, uerè accipitur, ac cum
carne una omnia Christi sanguine parta bona,
quorum SOLA FIDES capax est. Quis-
quis igitur citra fidem, hoc Sacramento commu-
nicat, letaliter peccat, hoc est, mortem
non uitam, quæ hoc Sacramento,
non nisi fortiter credenti-
bus elargitur, si-
bi mandu-
cat.

4
0
2
4
6

172

70 E



g 2539


ULB Halle 3
001 503 715




TAG OL

MC







2

CATHOLI

CVS CONSENSVS

ueræ Ecclesiæ Christi, Prophetarum,
Apostolorum, Sanctorum, & orthodoxorum Patrum,

DE

SOLA FIDE IN

CHRISTVM IVSTIFICANTE.

LIPSIÆ.

Anno

M. D. LI.

02

